



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LVII. An vota, sublato Vetere Testamento, sint in Nouo item sublata?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Q V A E S T I O L V I .

An VOTVM sit Cultus Dei?

LUTHERI, CALVINI QVE sententia
Leadem est: Vota ad Deum colendum fie-
ri non possit, nisi de rebus præcepis.

SVADET. Quia omnis cultus voluntari-
us, id est, non præceptus, Deo placere nequit:
Rom. 14. *Quod enim non est ex fide sc. verbi*
Dei præcipientis, peccatum est. Et col. 2. re-
prehenditur *ιδελοθησκαια*, seu superstitione.

A U T O R. Vouere est actus Religionis; ergo & Reddere: iuxta Isa. 19. *Colent Deum in hostiis, & vota volebunt, & soluerit.* 2. Caluinus *Inst. l. 4 c. 13. §. 2.* fatetur, Vouere esse officium religionis, & pro-
mittere Deo: ergo Reddere votum est si-
dem seruare Deo: at hoc est immediatè
colere Deum. 3. Iuramentum est cul-
tus Dei etiam de re non præcepta; fate-
tur Caluinus *Inst. l. 2. c. 8. §. 23.* Ergo &
votum. Num. 30. *Si mulier voverit ali-
quid, & verbum de ore egrediens animam e-
ius obligauerit iuramento, votirea erit: red-
det, quod promisit.* 4. Ex voto soluere
rem non præceptam falsis Diis, idolola-
tria est: ergo eandem ex voto soluere Deo,
laetitia est.

5. Omnia actu virtutis non præcepto,
facto tamen in honorē Dei, colitur Dei-
us. Vt, *Luc. 2.* Anna seruuit Deo ieiuniis.
&c. Ergo magis colitur auctibus votiuis.
6. Genes. 28. *Votum vovit Iacob. &c.* De-
cimas offeram tibi. &c. hoc de re non præ-
cepta vovit. David item vovit se tem-
plum extstructum Deo, *2. Reg. 7.* neque
præceperat id ei Deus: Sic vota *Lev. 27.*
Num. 6. 30. *Deut. 12.* & *23.* non præce-
perat Deus; & facta tamen sunt ad cultum
Dei.

D I C O. Apostolus vocat *ιθελοθησκαια*,
actus Deo non probatos, rerum ina-
num, quæ non sunt materia cultus diui-
ni; vt est numerus lotionum, abstinentia
à cibis, vt natura immundis. Et si
des tam est de Consiliis, quam præcepit
Scriptura.

Q V A E S T I O L V I I .

*An Vota in Nouo Testamento cessarint sub-
lata, sublato antiquo Testa-
mento?*

LUTHERO-CALVINISTA Petrus Martyn
Litteram Lutherum & Caluinum id predicit
fi mat.

SVADET. 1. Quia Votum in Nouo Testamento
non nominatur, nifi cupa de votis Legis si memore-
go est Legile tantum. 2. Quia Professio fidei vota
nos obstringit Deo: ergo stultus vovet: vi si obli-
gitas subtilis ac testibus patre potestatis si us oblige,
ante obligatus Decalogo. 3. Quia libertas Eu-
glii insingit votta; vita enim genera esse libera non
Christus, ut quæ nec omnibus, nec omni tempore
venient. 4. Qui vovet, iuriam Deo facit, facit
necessaria, quæ si libera esse voluit.

A U T O R. I. Negat 3. Scriptura
cessare vota in Nouo Testamento. *Ia 19.*
*Colent eum in hostiis; Vota volebunt Domi-
no, & soluent.* *Psal. 75.* *Venete, & redimite
Domino:* At hæc Patres intelligunt
votis religiosis Noui Testamenti. I. Ti-
moth. 5. *Cum luxuria & fuerint, & habentes
damnationem, qui primam fidem
ritam fecerunt:* August in *Psal. 75.* id est
Voverunt, & non reddidrunt.

II. Neque vota sunt ceremonia Le-
gis: Quia ante legem vovit Iacob. Den-
illa solūm cessarunt, quæ in Veteri Te-
stamento Christum venturum praes-
gnabant. Vide *Bell. c. 17.*

D I C O AD I. Res voti extat in
Nouo, et si non nomen. Et præceptum
votū



voti soluendi Morale est; ideo non anti-quatum.

A D II. Obstringit in rebus præceptis; non in arbitrariis quæ sunt Consilii Euangelici. Ita patri se obstringere filius potest in rebus sui iuris.

A D III. Si Christus libera vita genera esse voluit, cur multi se matrimonio vinculant? Dein; Negat Martyr quicquam esse adiaphorum & liberum, sed præcepta omnia. Libertas autem Euangelica est à peccato, non à lege. Rom. 6. *Liberati à peccato, servi facti estis iustitiae.*

A D IV. Non pugnat gratitudo serui, facientis sibi necessarium, cum benignitate Dei relinquens quid liberum.

Q VÆSTI O LVIII.

*An promissio Baptismalis sit
Votum?*

VTHERVS & CALVINVS consentiunt in tria. 1. Vota ad D.i cultum fieri solum posse de rebus præceptis. Ideoq; commane votum esse, factam in Baptismo promissionem. 2. Posse voveri ad negotia vitae expeditius peragenda, vitandaque peccata. 3. Vota monastica esse impia ac solueda: quod sicut opione cultus diuini, & de rebus non præceptis.

SVADENT de voto Baptismi. 1. Quia Christiani graviter peccant, & puniuntur, legem non servant s, quam infideles: igitur obligati nem habent, quam non hi. 2. Augustinus in Psal. 75. *Quid debemus vovere?* Credere, sperare, bene vivere secundum communem modum &c.

AVTOR. Promissio in Baptismo non est propriæ votum. 1. Quia vota esse voluntaria debent: Deut. 23. *Si voveris pollicerti, absque peccato eris.* Si vo-

ueris; non tardabis reddere: At promissio baptismalis est necessaria: cùm ad eum obligemur omnes. 2. Quia alia vota, quæ pro infantibus edunt parentes, non sunt rata si adulti nolint: at in Baptismo facta pro iis promissio sic eos obligat, vt cogi possint inuiti, ceu mēbra Ecclesiæ. 3. Si promissio baptismalis esset votum, peccata Christianorum essent duplícata, vt contra Legem, & contra votum; essentque sacrilegia, nec minus peccarent, quam religiosi.

DICO **A D I.** Grauius peccant Christiani ob ingratitudinem; non ob aliam obligationem.

A D II. Augustinus ibi votum accipit largo modo, quo votum propriè datum, & etiam omnem promissionem comprehendit.

Q VÆSTI O LIX.

An Paupertas voluntaria, & Obedientia rectè voveantur Deo?

VTHERO-CALVINISTÆ negant. **S**VADET Brentius in Confessione Wittenbergica cap. de votis: Vouens paupertatem, 1. Si sit pauper, nil habet quod vovere possit; Ut si in morbo quis voveret se ægrotaturum. 2. Si diuies; aut voveret daturum se in commune; & hoc est fugere paupertatem: 3. Aut daturum omnia pauperibus spe meriti; & hoc est contra fidem; quia Christus omnia nobis meruit.

AVTOR. 1. Voluntariæ paupertatis Votum sanctum est: 1. Euangelio teste: Vide in Antichristo p. 2 q. 26. 2. Quia, Act. 4. Credentium cor unum & anima una: Nec quisquam eorum, que possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Idque ex voto facto.

Ecc 3 teste

